

TE QUOQUE

## AD CENACULUM FAMILIAE SANCTI HIERONYMI

APUD MONASTERIUM VISITATIONIS

Mobilis, in Alabama

Sex dierum, a die 31<sup>a</sup> mensis Julii usque ad diem 5<sup>am</sup> mensis Augusti anno Domini 2014

EX ANIMO INVITAMUS

HEBDOMADA TRANQUILLA ET JUCUNDA

ubi lingua Latina erit nobis sermo communis. Lingua Latina est enim etiam hodie lingua Ecclesiae viva; clavis est quae thesaurum spiritualem integri aevi Christiani aperit. In hac hebdomada linguae Latinae loquendae intelligendae opportunitatem habebimus singularem, dum amorem Dei Fidemque Catholicam alimus.

MANEBIS

apud pulchrum Monasterium Visitationis, 2300 Spring Hill Avenue, Mobile, Alabama. Aedificia hujus veteris monasterii (anno 1833 conditi) redolent tam monasteria Europaea quam Meridianem priscam Americanam. *Aedificium Americanum Historicum* designatur, atque propter elegantiam architecturae pluries muneratum est. Locus amoenis latisque hortis concluditur, ad contemplationem aptissimus. Bonus tibi praebebitur victus - jentaculum, prandium, cena. Cubicula grata et nitida sunt. Temperatus aer per aedes diffunditur. Pretium mansionis optimum est; pretium comprehendit et domicilium et victimum.

NOLI TIMERE

Lingua Latina viva tibi difficilis non erit, nam nova procedimus via. (Si prima vice ad Cenaculum venis, forsitan parvum lexicon tibi adjutorio erit.) Veni sine metu errorum: nullus inter nos censorius. In hac sodalitate experieris linguam Latinam re vera vivam et nostro tempore prorsus idoneam esse. Locutiones utiles ad sermonem quotidianum Latine serendum *usu* disces. Colloquendo, auscultando, ridendo, liberabitur omnium loquela fietque consueta.

VENIAS

pro bono Sanctae Matris Ecclesiae, pro bono culturae Catholicae, pro bono proprio.

## PROGRAMMA PRAEVIVUM

- A. **Celebrationes Liturgicae:** Sacrosanctum Missae Sacrificium; Liturgia Horarum; Adoratio Sanctissimi et Benedictio Eucharistica.
- B. **Salsae allocutiones circa Rem Catholicam,** quae Fidem, orationem, Sacras Scripturas, historiam, Sanctos et Sanctas, Summos Pontifices, et alias res magni studii agant.
- C. **Lusiones jucundae et jocosae** de lingua Latina viva praesertim pro tironibus, sed etiam pro omnibus qui facetiis delectantur.
- D. **Colloquia de meliore modo** linguae Latinae discendae docendae loquendae.
- E. **Imagines ope lucis aspiciendae**, ubi potissimum rebus ostensis facilius vivum sermonem Latinum intelleges.

SUB AUSPICIIS FAMILIAE SANCTI HIERONYMI quae a Patre Suitberto Siedl a S. Joanne a Cruce, O.C.D., anno 1989 condita est.

CONTRIBUTIO SOLVENDA (pro tota illa hebdomada complexive):

Pro sumptibus victus  
et domicilii: U.S. \$300.00 (cubiculo privato). Si vis, cubiculum  
cum altera persona partire potes, sed pretium pro  
singulis manet \$300.00).

Impensa tam modestae ut adventus tui incitamentum sint!

Pecunia pro sumptibus victus et domicilii solvatur simul ac advenies.

SI INTERRESSE VIS, mitte, quaesumus, nomen tuum et schedam inscriptionis ad secretarium Familiae Sancti Hieronymi:

MR. J. G. HALISKY Attorney-at-Law 507 S. Prospect Avenue Clearwater, Florida 33756 U.S.A.	FAX: (727) 461-4240  INSCRIPTIO INTERRETIALIS (i.e., e-mail) <a href="mailto:familiasanctihieronymi@gmail.com">familiasanctihieronymi@gmail.com</a>
--	--

QUO CITIUS mittetur EO MELIUS, et si fieri potest ante diem 30am, mensis Junii, 2014.  
Ut certior fias de itinere atque de accessu ad aedes, videas, quaesumus, alterum folium huic adnexum.

**Cenaculum Familiae Sancti Hieronymi 2014**

Monasterium Visitationis  
2300 Spring Hill Avenue  
Mobile, Alabama

A die 31<sup>a</sup> m. Julii ad diem 5<sup>am</sup> m. Augusti, 2014

**A. DE ACCESSU AD AEDES NOTITIA BREVIS**

1. Per aerem.

a. Prima destinatio tua est Aeriportus Regionalis Mobiliensis (Mobile Regional Airport).

b. Ex aeroporto melius per laophorum (*Airport Shuttle*) sequens vias Airport Boulevard, deinde I-65, tandem Spring Hill Avenue duo milia passum pervenies ad Monasterium Visitationis, cuius inscriptio viaria est 2300 Spring Hill Avenue, Mobile, Alabama. Mappam loci adneximus. Pretium laophori est U.S. \$20.00 pro singulis; aut taxiraedam similis pretii assumere poteris, quam impensam cum aliis partiaris.

Apud aeroportum poteris etiam, si vis, autoraedam locare propriam.

c. Si difficultates experiaris cujusquam generis apud aeroportum Mobiliensem post adventum tuum, vel aliter in transitu, fac nos certiores telephonice (727-614-1728 - nos) (251-473-2321 - monasterium), atque te adjuvabimus.

2. Via Strata.

Si veneris per viam autocineticam, sequere I-65 ad Exitum 5A (Viam Publicam Spring Hill Avenue). Exi ad orientem et procede per Spring Hill Avenue tantummodo duo milia passuum. Postquam transis viam Leveret Street, Monasterium ad laevam (i.e. ad septentrionem) jacet.

**B. DE HORA ADVENTUS TUI.**


Incipit Cenaculum hora 5:30 p.m. cum cena, feria quinta, die 31 mensis Julii, 2014. Ergo oportet antea pervenire, post meridiem eodem die ad locum registrationis, ut cubiculum materiasque quasdam accipias. Impensae pro sumptibus victus et domicilii solvi possunt cum apud Cenaculum pervenias.

**C. DE EXITU**

Finit cenaculum hora 1:30 p.m. post prandium, feria tertia, die 5 mensis Augusti. Si velis ad aeroportum revehi, facias nos certiores, et adjutorio nostro laophorum vel taxiraedam poteris sumere.

**Visitation Monastery**  
2300 Spring Hill Avenue  
Mobile, Alabama 36607-3202

Via autocinetica a septentrione



Ex aeroportu in laophoro



Via autocinetica a meridione

**SCHEDA INSCRIPTIONIS AD CENACULUM FAMILIAE SANCTI HIERONYMI 2014**  
**APUD MONASTERIUM VISITATIONIS**  
2300 Spring Hill Avenue, Mobile, Alabama  
Die 31a m. Julii usque ad diem 5am m. Augusti, A.D. 2014

NOMEN BAPTISMATIS: \_\_\_\_\_

COGNOMEN: \_\_\_\_\_

DOMICILIUM (Inscriptio cursualis):

Numerus domus et via: \_\_\_\_\_

Urbs/oppidum/vicus: \_\_\_\_\_

C.P: (Zip Code, CAP, PLZ) \_\_\_\_\_ Respublica: \_\_\_\_\_

NUMERUS TELEPHONICUS: \_\_\_\_\_

NUMERUS TELESCRIPTIVUS (i.e., FAX, si habeas): \_\_\_\_\_

INSCRIPTIO INTERRETIALIS (i.e., e-mail, si habeas): \_\_\_\_\_

ANNOS NATUS / NATA: \_\_\_\_\_

MUNUS SIVE OFFICIUM: \_\_\_\_\_

LINGUAM LATINAM DIDICI (Quot annos? qua schola?): \_\_\_\_\_  
\_\_\_\_\_  
\_\_\_\_\_

Si attinet:

Nomen societatis aeronavalis qua perveneris: \_\_\_\_\_

Dies et hora adventus: \_\_\_\_\_

Numerus volatus: \_\_\_\_\_

Si nondum tesseram volatus emisti, facias nos postea, quaesumus, certiores his de notitiis aeronavalibus. Gratias.

**Remittatur haec scheda quam primum ad J. G. Halisky, Attorney-at-Law, 507 South Prospect Avenue, Clearwater, Florida 33756, U.S.A. (Vel per FAX: 727-461-4240; vel per epistulam electronicam: familiasanctihieronymi@gmail.com. Gratias.**







